



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 156/20

DECRETUM
de Missa in tempore universalis contagii

A peste perambulante in tenebris, non timebis (cf. Ps 90, 5-6). Hæc psalmistæ verba exhortant ad fiduciam magnam fidelis caritatis Dei servandam, qui numquam populum suum in tempore tribulationis deserit.

His diebus, cum virus v.d. *Covid-19* graviter totum orbem terrarum arripit, ad hoc Dicasterium multiplices pervenerunt petitiones ut Missa peculiaris ad finem huius universalis contagii a Deo impetrandam celebrari posset.

Hac de causa hæc Congregatio, vigore facultatum a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, concedit ut Missa in tempore universalis contagii celebrari possit omnibus diebus, exceptis sollemnitatibus, dominicis Adventus, Quadragesimæ et Paschæ, diebus infra octavam Paschæ, Commemoratione omnium fidelium defunctorum et feriis IV Cinerum et Hebdomadæ sanctæ (cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 374), quamdiu universale contagium perdurabit.

Formularium Missæ huic Decreto adnectitur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 30 mense martii 2020.



Robertus Card. Sarah

Robertus Card. Sarah
Præfectus

+ Arturus Roche

Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis

Adnexus decreto diei 30 martii 2020 (Prot. N. 156/20)

IN TEMPORE UNIVERSALIS CONTAGII

Hæc Missa celebrari potest, iuxta rubricas Missarum et Orationum pro variis necessitatibus vel ad diversa, omnibus diebus, exceptis sollemnitatibus, dominicis Adventus, Quadragesimæ et Paschæ, diebus infra octavam Paschæ, Commemoratione omnium fidelium defunctorum et feriis IV Cinerum et Hebdomadæ sanctæ.

Ant. ad introitum

Is 53, 4

Vere languores nostros ipse tulit
et dolores nostros ipse portavit.

Collecta

Omnipotens sempiterne Deus,
in omni periculo singulare praesidium,
qui filios tuos in tribulacione fide supplicantes exaudis,
nobis propitiare benignus, et praesta, quæsumus,
defunctis requiem æternam, solamen plorantibus,
salutem infirmis, morientibus pacem,
operantibus pro fratum sanitatem robur,
spiritum sapientiae illis qui nos in potestate moderantur,
et animum ad omnes benevole accedendi
ut cuncti nomen sanctum tuum glorificare valeamus.
Per Dominum.

Super oblata

Suscipe, Domine, munera quæ,
in hodiernis periculis, tibi offerimus,
et fac, quæsumus, ut, omnipotentia tua,
in fontem sanitatis pacisque convertantur.
Per Christum.

Ant. ad communionem

Mt 11, 28

Venite ad me, omnes, qui laboratis et onerati estis,
et ego reficiam vos, dicit Dominus.

Post communionem

Deus, a quo recépimus
vitæ æternæ medicinam,
concéde, quæsumus, ut, per hoc sacramentum
de cœlestis remédii plenitudine gloriémur.
Per Christum.

Oratio super populum

Protéctor in te sperántium, Deus,
bénedic pópulum tuum, salva, tére, dispóne,
ut, a peccátis liber, ab hoste secúrus,
in tuo semper amóre persevéret.
Per Christum.

IN TEMPORE UNIVERSALIS CONTAGII

Assumi possunt lectiones Missæ In quacumque necessitate.

LECTIO I (*OLM* 938, n. 2)

Lam 3, 17-26: « *Bonum est praestolari cum silentio salutare Domini* ».

Repulsa est a pace anima mea...

Omissis litteris hebraicis Vau, etc.

PS. RESP. (*OLM* 940, n. 1)

Ps 79, 2ac et 3b. 5-7

R/. (4b): Illustra faciem tuam, Domine, et salvi erimus.

vel:

LECTIO I (*OLM* 939, n. 2)

Rom 8, 31b-39: « *Neque mors neque vita poterit nos separare a caritate Dei* ».

Fratres: Si Deus pro nobis...

PS. RESP. (*OLM* 940, n. 3)

Ps 122, 1-2a. 2bcd

R/. (3a): Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

vel (2cd): Oculi nostri ad Dominum, donec misereatur nostri.

V/. ANTE EV. (*OLM* 941, n. 2)

VEL ALLELUIA

2 Cor 1, 3b-4a: Benedictus Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulation nostra.

EVANG. (*OLM* 942, n. 2)

Mc 4, 35-41: « *Qui putas est iste, quia et ventus et mare oboediunt ei?* ».

In illa die, cum sero esset factum, ait Jesus discipulis suis: Transeamus...